

domum salute eam, pax huic domui, & siquidem fuit illa domus Dni veniet pax vestra su-
per eam, si autem fuerit digna pax vestra ad vos revertetur, & quicumq; non receperit
vos, neq; audierit sermones vestros, exeuntes de domo vel de Civitate exultate pulveres de pes-
dib; vestris. Amen dies vobis tolerabilius erit terra Sodomorum & Gomorreorum, in die Ju-
dicii quam illi Civitati & isti. Cum autem persequentur vos in Civitate ista, fugite in
aliam, & iterum: non est discipulus super Magistram, nec servus super Dnum suum, suffi-
cit discipulo ut sit sicut Magister eius, & servus sicut Dnus eius, & dicentib; vobis. O-
mi Georgi, debito modo velle mihi resistere & contraire, ne grandi exhortatione Sal-
vator mundi exhortatur, dicens, ne timearis eos quod dicit vobis in tenebris dicite in
luce, & quod in aurib; auditis predicare super lecta & nolite timere eos qui occidunt
corpus, animam autem non possunt occidere. Sed potius timeate eum, qui potest &
corpus & animam perdere in gehennam. Et alibi, qui vos audit me audit, & qui
vos spernit me spernit, & rursus: omnis qui confitebitur me confitebor & ego eum co-
ram Patre meo qui in Caelis est. Audisti me mi Georgi quo modo Dominus Iesus &
Magister meus ne docuit vobiscum, ut pulveres excutiam de pedib; meis, ut vos in terram
& pulveres redituros minimè formidem. Sed audi quid Paulus doctor Galatiam
in actib; Apostolorum vobis loquitur Doemi: Vobis oportebat primum loqui verbum Dei
Sed quoniam repellitis illud & indignos vos iudicatis eterna vita esse convertimur ad
gentes. Sic enim nobis praecipit Dnus posui te in lucem gentib; ut sis in salutem
usq; ad extremam terram. Quid mihi si saluum conductum concedere non vultis
in Christiana Religione latissimum corpus? Indigere vestro pane vesci, qui totum
posides mundum, juxta illud tanquam nihil habentes & omnia possidentes. Va vo-
bis Doemi qui verbum Dei spernitis audite vocem meam dicit Dnus, & ero vo-
bis Deus & vos eritis mihi in populum, & ambulab; in omni via qua mandavi
vobis

vobis